



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Interest reformationi Ingolstadianæ Academiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

postea munus Montalcinensium Episcopo viro
 primo delegavi. Sed quoniam tanti interest illum
 in istis actionibus interesse, rectè eius euocatio diffi-
 retur in id tempus, quod scribit Amplitudo tua.
 Non enim potest is Augusta sine maximo mulo-
 rum, ut leuissime dicam, incommodo abesse Quo-
 dragesima tempore: qui ne diutius quidem mihi
 detur istic postea retinendus, sed quam breuissimè
 poterit, remittendus in illam Domini messem, cui
 eius est opera necessaria. Sed quid optimum factu-
 sit pro vestra sapientia vos statuetis, quorum pre-
 dentissimo iudicio non solum æquisimo, sed et iam
 bentissimo animo assentiar: idq; & utile, & salu-
 re semper iudicabo, quod ipsi tum hac in re, tum
 aliis præterea decerneris. Amplitudinem tuam
 pio valentem, & incolumem esse, quam Deus ser-
 uet. Roma Tertio Nonas Ianuarij, 1562.

*Interest refor-
 mationi Ingal-
 Badiana Aca-
 demia.*

Interim nouo inito anno euocatus à Bava-
 Duce operam conferre iussus est ad Academiam
 Ingolstadianam nouam conformationem: ma-
 tumq; fatigatus, ut Collegium Straubingam con-
 dendum susciperet. Illam prope vnicam ægeri-
 mam Ciuitati restare opem. Pietatem ille Principis
 ex merito commendauit; rem tamē ostendit ne-
 sua

suæ esse potestatis, nec facultatem Societati præ-
 sentem adesse ad tam multas vno tempore colo-
 nias deducendas. Nec aliter Præpositus Generalis
 respondit: perq; sociorum penuriam factum est,
 vt præteruecto illo commoditatis articulo, So-
 cietas Straubingæ postea Sedem nunquam loca-
 rit. Vbi ieiuniorum solenne tempus affluxit, sacer
 Athleta vetus stadium noua contentione ingres-
 sus Euāgelicas conciones, quæ, vt supra demon-
 stratum est, quaternæ in hebdomada ante solen-
 neserant, quotidianas instituit. Superata autem
 propemodum fidem quantâ cura, ac præmedi-
 tatione, quot fufis ad Deum precibus, quanta af-
 flictatione corporis præparatus ad dicendum ac-
 cederet: gnarus videlicet neq; qui rigat, neq; qui
 plantat esse aliquid, sed qui incrementum dat,
 Deum. Et tamen aliis interea plurimis distineba-
 tur occupationibus piis: Feriaq; sexta, ac Sabbato
 totos dies audiendis peccata confitētibus dabat,
 vt de nocturnis horis decerpendum esset, quod
 ad cudendam, limandamq; orationem, quod ad
 solennes preces conferebatur. Dum autem om-
 nia Deo, & proximis, omnia mēti, & animo dan-
 tur, nihil corpori reseruatur, nimirum imbecilla

*Quotidianam
 concionam
 morem Augu-
 sti inducit.*

*Qua præpa-
 ratione concio-
 naretur.*

b

caro,